

Explaining In Summary Form How A Man In Extreme Pain Can Be Said To Be "Happy"

Post by "Cassius" of April 21, 2024 at 8:21 AM

Also the following paragraph - at first glance he tends to prefer "felicitate:"

Cum igitur Epicurus ita constituerit, contra tamen Stoici disputant, felicitatemque in virtute ponentes sola, eum, qui

— 161 —

enim absurdius, quam eum qui miserrimus sit, beatum dicere? Quid insipidius, quam positum in tauro Phalaridis, qui summis urgeatur cruciatibus, non miserum fateri? Quid porro tam ab omni felicitate abhorrens, quam his omnibus aut plurimis carere quae felicitatem ipsam constituent? Nam isti eum quoque qui fame conficiatur ac manco sit corpore reliquisque omnibus et corporis et rerum externarum afficiatur incommoditatibus, dum virtutem ipse prae se tulerit, nihilo minus beatissimum existimant. Ego autem, nec M. quidem Regulum, quem suis omnibus libris tantopere extollunt et celebrant, cum cruciaretur, nec siquis praestantissima virtute, fide, innocentia, integritate in tauro uratur Phalaridis, aut patria exulet, vel acerbiore fortuna aliqua indignissime vexetur, non modo beatos homines sed miseros etiam habendos puto; eoque miseres quod, cum tanta tanquam excellens eorum virtus, exitum feliciorum fortunatioresque eventus commerita esset, in has tantas calamitates inciderunt.